

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIVNT DECRETA BENEDICTI PAPE.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

& non faciat vobis fratres totiens repetita locutio fastidium, & quia summa necessitas est sepius prohiberi, quod toties illicite usurpatur, & quoniam veritas sepius exagitata magis splendet in lucem, & quod totiens repetendo admonetur minus usurpatur. Super his enim multa iam ab antecessoribus nostris dicta sunt, a quibus ipsi sicut nunc a nobis, ita olim ab ipsis dñati & prohibiti sunt. Ideo sepius repetentes omnes monemus, ut vitentur huiusmodi & a talibus se abstineant, qui noluerint vna cum eis a sacerdotali ministerio ut rebelles fieri alieni. Quod ita demum probare poterimus, si tales extirpare, & non eis fauere decertaueritis, & ita post modum de tali re querela cessabit, quia contumelie studio sit quicquid interdictum toties usurpatur. Omnia hec decretalia & cunctorum decessorum nostrorum constituta que de ecclesiasticis ordinibus & canonum promulgata sunt disciplinis ita vobis, & omnibus episcopis ac cunctis generaliter sacerdotibus custodiri debere mandamus, ut si quis in illa commiserit veniam sibi deinceps nouerit denegari, quoniam occurreret veritas, si falsitas displiceret. Et merito nos qui summa ecclesie tenere debemus gubernacula causa respicit, si silentio faueamus errori. Data xiiii, Kalendas Augusti Iustiniano. vi. & narsete. iiii. cc. consulibus.

INCIPIVNT DECRETA BENEDICTI PAPE.

A REVERENTISSIMO FRATRI EPISCOPO DAVID, BENEDICTUS salutem in domino. Respondere litteris vestris plenius cogitavi, sed cum hoc meditarer tantus me dolor tetigit, ut magis flere quam aliquid dicere delectatus sim. Sed ne funditus remaneret pauca vobis rescribere curavi, ad potiora vos tempora congrue inuitans. Quod autem littere tue testes sunt quosdam intra prouintiam beticam esse qui dicerent neminem veraciter posse probare trinitatem unitatem fieri, cum neque tres unum, neque unum in tribus posse quem proprie approbari, quas ob causas dilectissime fili consulta ibi apostolice sedis misimus, ut aut eos ad rectam fidem conuertere facias, aut ab ecclesia antequam pestis hec latius diuulgetur repellas. His frater scripturarum testimoniis unitatem trinitatis agnosce, & desine arrianorum prauitatem sequi, ut ab eadem possis peccatorum indulgentiam promereri. Esaias propheta dicente. Vidi dominum sabaoth sedentem super thronum excelsum, & seraphim stabant in circuitu eius, sex ale uni, & sex ale alteri, duabus velabant faciem. Duabus autem velabant pedes, & duabus volabant, & clamabant ad alterutrum dicentes. Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth. Si trinitas non est, quare tertio sanctus dixerunt? Et si unitas non est, quare sub trina repetitione unum deum ac dominum intimarunt? Si trinitas non est, cur in geneleos dicitur, dixit deus, fecit deus, & benedixit deus. Si vero unitas non est quare tertio dixit, deus & non tertio deos plurali numero commendauit? Et si trinitas non est, quare in exodo dictum est tertio, domine, domine, domine miserator & misericors. Si unitas non est quare dum tertio diceret domine postea miserator singulariter dicit, & non miseres, ut plures ostenderet intimauit? Si trinitas non est, cur Abraham ad Illicem membre sedens, tribusque occurrens uni domine dixit, & non ut viderat tribus salutationis obsequium reddit. Si unitas non est, quare cum Moyse deus Abraham, & deus ysaac, & deus Iacob tertio diceret unitatem ostendens, hoc michi nomen est dixit. Non hec sunt nostra nomina desinavit? Si trinitas non est, quare Dauid tertio dixit. Benedicat nos deus deus noster, benedicat nos deus? Si unitas non est, quare cum deus tertio nominasset. Benedicat & non benedicant adiunxit. Si trinitas non est, cur Esaias denuo dixit, domine deus sabaoth, deus israel qui sedes super cherubin, Si unitas non est, quare qui sedes dixit, & non qui sedetis adiunxit? Si trinitas non est, quare in regnorum libro dicitur domine deus omnipotens, deus israel sermones tui fideles sunt. Si unitas non est, quare tui dicitur, & non vestri poti? intimatur? Si trinitas non est, cur in psalmo quinquagesimo octauo cantatur, domine virtutum deus israel intende ad visitandas omnes gentes. Si unitas non est, quare intende posuit & non intende ut predicatus est intimauit? Si trinitas non est, quare in apocalypsi tertio dixit. Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus omnipotens qui est & qui erat. Si unitas non est, quare non qui sunt pluraliter, sed qui erat designauit? Si trinitas non est, quare in deuteronomio dictum est dominus deus tuus, deus tuus misericors est, & audiet vocem tuam. Si unitas non est quare audiat

audiat posuit, & nō audiāt intimaui. Si trinitas nō est, quare in Iesunaue dicitur libro, dñs deus deo-
rū est. Si vnitas nō est, quare est dixit & nō sunt more locutionis induxit. Si trinitas nō est, quare Ie-
lias hortando, Domine, domine, domine deus Israel ostende quia tu es deus meus dixit. Si vnitas
non est, quare ostende & non ostendite posuit. Si trinitas non est, cur Mardoche⁹ orando, Domine
deus omnipotens omnia in potestate tua sunt dixit. Si vnitas non est, quare in tua posuit, & non in
vestra signauit. Si trinitas non est, cur etiam Iudich orando dixit, Domine domine deus omnium,
virtutum respice in orationem meam. Si vnitas non est, quare respice posuit & non respicite designa-
uit. Si trinitas non est, quare in hieremia dicitur, dominus deus vester deus verax est. Si vnitas nō est,
quare in apocalipsi scriptum est, Dñs deus & spūs prophetarum misit angelum suum ostendere ser-
uis suis que oportet fieri cito. Si vnitas non est, quare cum patrem & filium & spiritum nominasset
misit dominus dixit & non miserunt, sub pretexto trium personarum & nomen introduxit. Si tri-
nitas non est, quare in deuteronomio dicitur, Dominus deus vester hic est deus. Si vnitas non est,
quare hic est dixit, & non hi sunt plurali numero designauit. Si trinitas non est, quare in eodem di-
citur libro, Dominus deus tuus deus magnus & potens est. Si vnitas non est, quare magnus & po-
tens nō pluraliter nominatur. Si trinitas non est, cur Thobias filium suū cum in Rages ciuitatem cū
Raphaele angelo mitteret, benedicens eos ita dixisse docetur, deus Abraham & deus Isaac & deus
Iacob ipse impleat benedictionem suam in vobis. Si vnitas non est, quare ipse impleat dixit, & non
ipsi impleant intimaui. Postremo si trinitas non est, quare dominus discipulos suos in nomine pa-
tris & filii & spiritus sancti vniuersas gentes posuit baptizare. Si vnitas non est, quare in nomine di-
xit & non in nominibus precipiendo perdocuit. Si trinitas non est, quare apostolus Paul⁹ ait, ex ipso
& per ipsum & in ipso sunt omnia. Si vnitas non est, quare ex ipso posuit, & non ex ipsis astruxit. Si
enim certo certius volueris vnitatem trinitatis agnoscere a sepe dicto doctore gentium apostolo pote-
ris vniuersa condiscere, & sequi catholicam fidē & Arrianorum prauitatem respuere, gratia domini
nostri Iesu christi inquit & charitas dei & cōmunicatio sancti spiritus, Ipse est pater & filii & spiritus
sancti. Quomodo in trinitate vnum sunt, quia natura atq; abinuicem separari non possunt.

Ceterum frater charissime que tua cōtinebant scripta ex subiectis sententiis maxime omnia poteris
colligere. Necesse est frater charissime adesse diuinum, vbi humanū cessat auxilium. Et vt iuxta apo-
stolum dicamus, Licet verba replicemus que ipse Thimotheo scribit dicens, Ecclesia dei viui colum-
na & firmamentū est veritatis. Et manifeste magnū est pietatis sacramentū, qd manifestatum est in
carne, iustificatum est in spū, apparuit angelis, p̄dicatū est in gentibus, creditum est in mundo, assum-
ptū est in gloria. Spūs autē manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidā a fide attē-
dentes spiritib⁹ erroris & doctrinis demoniorū in hypocrisi loquentiū mendacium, & cauteriatam
habentium suam cōsciētiam, prohibētium nubere, abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendū
cū gratiarū actione fidelibus, & his qui cognouerunt veritatē, quia ois creatura dei bona, & nichil
reiciendū qd cum gr̄arum actione percipitur, sanctificatur enim p̄ verbum dei & orationem, hec p̄po-
nens fratribus bonus eris minister christi Iesu enutrit⁹ verbo fidei & bone doctrine quam affecutus
es. Ineptas autem & inanes fabulas deuota, & exerce te ipsum ad pietatem. Nam corporalis exercita-
tio ad modicum utilis est. Pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vite que nunc est
& future, fidelis sermo & oī acceptione dignus. In hoc enim laboramus & maledicimur, quia spera-
mus in deum viuū, qui est saluator omnium hominum maximeq; fidelium. Precipe hec & do-
ce, nemo adolescentiam tuam contēnat, sed exemplum esto fidelium, in verbo, in cōuersatione, in cha-
ritate, in fide, in castitate. Dum venio attende lectioni, exhortationi, doctrine, noli negligere gratiā que
data est tibi per prophetici cum impositione manuum presbyterii. Hec meditare, in his esto vt p̄-
fectus tuus manifestus sit omnibus. Attēde tibi & doctrine, instā in illis, hoc enim faciēs & te ipsum
saluum faciēs, & eos qui te audiunt, fame enim nimis affligitur qua clade atq; aliis anxietatibus ve-
xatus lōgam epistolam minime scribere valui. Tempore congruo denuo si necesse fuerit mitte, & ea
que desyderaueris sume. Deus te incolumem custodiat frater charissime. Amen. Data. iiii. Nonas
Aprilis, Iustiniano & Libio. iiii. consulibus.

FINIS.

pp. iiii.